BIBLIA LATINA

Klosterneuburg, um 1310/1315 Seite 145v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

cedent eum. I mane consurgens ab
salon. stabat iuxta introitum por
te in uia. et omnem uirum qui habe
bat negotium ut ueniret ad regis
iudicium. uocabat ad se absalon. et
dicebat. De qua ciuitate es tu? Qui
respondens aiebat. Ex una tribu israel
ego sum seruus tuus. Respondebatque ei ab
salon. Videntur michi sermones tui
iusti et boni. sed non est qui te audiat
constitutus a rege. Dixitque absalon.
Quis me constituat iudicem super terram.
ut ad me ueniant omnes qui ha
bent negotium. et iuste iudicem?
Sed et cum accederet ad eum homo ut
salutaret illum. extendebat ad eum
manum suam. et apprehendens oscu
labatur eum. faciebatque hoc omni
israeli qui ueniebat ad iudicium ut
audiretur a rege. et sollicitabat cor
da uirorum israel. Post quatuor autem
annos dixit absalon ad dauid. Ua
dam et reddam uota mea que uoui
domino in hebron. Uouens enim uo
uit seruus tuus cum esset in gessur
sirie dicens. Si reduxerit me dominus
in ierusalem. sacrificabo domino. Dix
itque ei rex dauid. Uade in pace. Et
surrexit. et abiit in hebron. Misit autem
absalon exploratores in uniuersas
tribus israel dicens. Statim ut audieri
tis clangorem bucine. dicite. Reg
nauit absalon in hebron. Porro cum
absalon ierunt ducenti uiri de ierusalem
uocati. euntes simplici corde et causam
penitus ignorantes. Accersiuit quoque
absalon achytofel gylonitem con
siliarium dauid. de ciuitate sua
gylon. Cumque immolaret uictimas.
facta est coniuratio ualida. populusque con
currens augebatur cum absalon.
Uenit igitur nuntius ad dauid dicens.
Toto corde uniuersus israel sequitur
absalon. Et ait dauid seruis suis.
qui erant cum eo in ierusalem. Surgite
et fugiamus. neque enim erit nobis ef
fugium a facie absalon. Festinate
egredi. ne forte ueniens occupet
nos. et impellat nos super ruinam.
et percutiat ciuitatem in ore gladii.
Dixeruntque serui regis ad eum. Omnia
quecumque preceperit dominus noster rex.
libenter exequemur serui tui. Egressus
est ergo rex et uniuersa domus eius pedi
bus suis. et reliquit x. mulieres con
cubinas ad custodiendam domum. Egres
susque rex et omnis israel pedibus suis.
stetit procul a domo. et uniuersi serui eius
ambulabant iuxta eum. et legiones
cerethi. et phelethi. et omnes gethei
pugnatores ualidi. sexcenti uiri. qui
secuti eum fuerant de geth. pedites pre
cedebant regem. Dixit autem rex
ad ethai getheum. Cur uenis nobis
cum? Reuertere et habita cum rege.
quia peregrinus es. et egressus es de loco
tuo. Heri uenisti. et hodie compelleris
nobiscum egredi? Ego autem uadam
quo iturus sum. Reuertere et reduc
tecum fratres tuos. et dominus faciat
tecum misericordiam et ueritatem. quia ostendisti
enim gratiam et fidem. Responditque ethai
regi dicens. Uiuit dominus. et ui
uit anima tua domine mi rex.
quoniam in quocumque loco fueris domine mi
rex. siue in morte. siue in uita. ibi
erit seruus tuus. Et ait rex dauid.
ad ethai. Ueni et transi. Et transiuit
ethai getheus. et rex. et omnes uiri
qui erant cum eo. et reliqua multi
tudo. Omnesque flebant uoce mag
na. et uniuersus populus transibat. Rex
autem transgrediebatur torrentem ce
dron. et cunctus populus incedebat contra
uiam oliue que respicit ad deser
tum. Uenit autem et sadoch sacerdos.
et uniuersi leuite cum eo. portantes
archam federis domini. et deposuerunt
archam dei. et ascendit abyathar do
nec expletus esset omnis populus qui